

calibrite

colorchecker classic



A.9. Act. marialis 1687.

FA-C24-02

MARIANI CONCEPTVS AB

ORIGINALI LABE SEMPER IMMVNIS
nova excellentia.

CVIVS

TENVE HOC ELOQVIVM HABEBAT
ANTONIVS GVIV Beatæ Mariæ, & Divi
Iacobi de Cordellas Alumnus.



Barcin. Ex Typ. Mathevat. administrata per Iaco-
bum Cays, anno 1687.

Domingo alas 3 de la tarde

R.41092

100mm

Tot tibi sunt dotes virgo quot sidera caelo;
 Congregata ergo caelorum lumina, sanctorum ornamenta;
 fulgent in Maria; congregata, inquam, veluti sydera in sole;
 Sol enim omnem stellarum fulgorem complectitur, & excel-
 lit. O dignissimam Dei Matrem! O Virginem cunctis caeloru
 dotibus insignitam! O Mariam gratiarum omnium plenu-
 dine decoratam! Parum adhuc iudico, Auditores, Mariam
 vel conceptam, sanctorum compendium praedicari; cum caeli
 compendium Deus sibi fecerit in Maria! *Mulier amicta Sole,
 & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duo-
 decim.* O fortunatissimi sodales sub tanto divinae Matris fulgo-
 re congregati, & quantum in Maria nacti estis praesidium!
 quam felicem comparastis fortunam! Timeant alij horridas
 & ignorantiae, & mortalis noxae tenebras; timeant nigerri-
 mas calumniantium nubes in sui nominis obscuritatem offu-
 sas; at nos beneficio radiantis Mariae influxu omnino securi-
 perenni diuturnitate laetamur. Sed pro coronide liceat bre-
 viter hispanam effundere camenam.

Qual entre aljofar de la Aurora bella,
 con su rubia madeja por el Cielo,
 esquadrones de sombras atropella,
 la Magestad, à quien venera Delo:
 en la hermosura assi de una Donzella,
 transformada Deidad, copia del Cielo;
 con rayos brilladores la luz pura
 horrores deshara de noche obscura.

Ea pues, Congregacion, anima el buelo
 à vista de este Sol, que te amanece;
 gira con libertad por esse Cielo
 tu rumbo felizmente, que fenece
 baxo su proteccion todo el anelo,
 de quien à tus acierros obscurece,
 porque es proprio del Sol à sus cuydados;
 reduzir à pavezas los nublados.

DIXI,

A. 9. Codex manuscr. 1687.

FA-C24-02

MARIANI CONCEPTVS AB

ORIGINALI LABE SEMPER IMMVNIS
 nova excellentia.

CVIVS

TENVE HOC ELOQVIVM HABEBAT
 ANTONIVS GVIV Beatæ Mariæ, & Divi
 Iacobi de Cordellas Alumnus.



Barcin. Ex Typ. Mathevat. administrata per Iaco-
 bum Cays, anno 1687.

Domingo alas 3 de la tarde

R. 41092



MARIANI conceptus Imaculata pulchritudo in Scholastico pulvere acerri-
mo olim agitata marte, mucronato ra-
tionum satellicio stipata, argumentorū
aculeis circumdata, Authoritatis pou-
dere conspicua, avida hodierno die no-
væ laudis, ante conspectum vestrū lon-
ge aliter se sistit triumphatura, Audito-
res, Celeberrimo enim ab originali labe reportato trophæo,
ex illis metipsis intortis iaculis mutuavit, ut aqua crispata ab
opposito saxo, pulchritudinem novam, ut silex à percussente
ferro, splendentes scintillas, suisque fulgoribus dives

Hora.

*perdamna, per cades ab ipso
ducit opes animumque ferro.*

Quare ad fastigiatos usque ambiens gratiæ ascensus summū
illum gratiæ decorem, qui in primo sui conceptus instanti
illam, non solum à culpa vindicaret, sed prorsus imparem, &
roto cælo à cælicolis ipsis distantem efficeret, ad pompam
vestit, & coronam. Iuvaret quidem faustissimis Eximij Do-
ctoris auspicijs, qui Gloriæ Marianæ Eximius semper exitit
propugnator, rem tantam dialectico persequi more, ad crism
vocare severiorem, sed apud nobilissimos, & ingeniosos adeo
Auditores in Beatissimam Matrem Eximie affectos, contra-
rium ne larvam quidem ullam tenuissimam veritatis aliquā-
do indui posse, existimavi. Dulcibus igitur humanorum
teratum pigmentis exprimere contendam! Mariam sum-
liberatoris Matrem, summi Regis, Imperatorisque hospitem,
qua suprema dignitate nunc colimus honoratam, tam pres-
clara

clara gratiæ magnitudine in suo conceptu præditam ut si cū
omnibus simul cælicolis conferatur, ad prodigium usque mi-
care videbitur, & lucere.

Decebat, sane decebat, concessus amplissime, Mariæ vel cō-
ceptā, quod numinis undiq; perfectissimi erat futura Genitrix,
perfectissimis, & ipsā dotib⁹ animiq; ornamenti adornari. Res-
piciate, quæso, quantum mens vestra potest, præteriti temporis
spatium, memoriam nascentis mūdi ultimam recordamini.
Nonne Deus *Omnia in mēsurā, & pōdere constituit* Omnia ad
propria munera aptissime comparavit? An minori providētia
erga matrē suam cōmēdabitur? Memoramini tabernaculū il-
lud, in quo nobilissim⁹ pariter, ac sanctissim⁹ David Arcā testa-
mēti collocavit, qua religione, & pōpa voluit Deus præparari.
Memoramini Arcā ipsam sacratissimam testamēti, quo appa-
ratu munificentissime construi, quo cultu solemnissime iussit
venerari. Memoramini denique religiosissimum, locupletissi-
mumque salomonis fanum, tātæ maiestati prorsus exiguum,
cui nec simile unquam fuit, nec esse poterit. Sed quid ista cō-
memoro? Finxit de more profana, sed prudens, vetustas Pan-
doram suam, & quando Deos suos istius pulchritudine cap-
tos credidit, eam præclaris omnium dotibus insignitam exi-
stimavit. Eorum quemlibet sua ornamenta præstitisse finxit:
Iupiter dedit potentiam, Mars fortitudinem, Mercurius elo-
quium, Iuno Maiestatem, Venus pulchritudinem, Minerva sa-
pientiam, omnes omnium unum fecere compendium. In na-
tura id ipsum perspectum vidimus; quo enim pretiosior mar-
garita, eo excellentior concha, in qua fovetur. Et quisquam
dubitabit ad excellentiorem istorum amussim Mariani con-
ceptus magnitudinem enitere! Potuit, inquam, potuit Poten-
tissimus cælorum Rex matrē adeo perfectissimam eligere.
Potuit sibi inter omnes creaturas pulchriorem Genitricem
procreare. Potuit parentem cælicolis semper, multo quā Sol
Stellis, nitidiorem optare; & vota iustissima fefellisset? Procul
hinc, procul esto quævis animi hæsitatio, una præ omnibus
assurgit Virginis celsitudo.